

nach künftig sich ereignenden Umständen durch erweiterte Privilegien und Begnadigungen für Lehrer und Lernende aller möglichen Vollkommenheit näher zu bringen. XXXIX.) Schließlich haben alle Professoren und Lehrer dieser hohen Schule bey der bevorstehenden Inauguration, und künftig jeder bey der Introduction im academischen Concilio, so wie es auf andern hohen Schulen gebräuchlich ist, sich Uns mit gehörigen Endes-Pflichten, besonders auf unpartheyische Verwaltung der Gerechtigkeit, und die Studierenden mit einem Handschlage auf die Beobachtung der Gesetze, verbindlich zu machen, denen Wir hinwieder sammt und sonders mit fürstlicher Gnade und Hulde wohl zugethan verbleiben. Urkundlich haben Wir diese Unsere Foundation, Dotation, und Privilegien höchst eigenhändig unterzeichnet, und mit Unserm Herzoglichen Insiegel bestärken lassen. Gegeben auf Unserm Residenz-Schlosse Mitau den 8. Junius 1775.

Peter Herzog zu Curland.

(L. S.)
D.

Num. 389.

Königliche Bestätigung der Foundation des academischen Gymnasii zu Mitau vom 20. Junius 1774.

Stanislaus Augustus Dei Gratia, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kyoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae Czerniechoviaeque.

Solida veraque magnorum Principum ea est gloria, quam ex amplificatione salutis terrarum significamus praesentibus litteris quorum interest Vniuersis et Singulis, ad quarum gubernacula sedent, arcessere contendunt: Hac via incedere, cum Illustrissimo Principi Petro in Liuania Curlandiae ac Semigalliae Duci visum sit, dum ad promouenda pietatis ac virtutis studia in Ducatibus Curlandiae ac Semigalliae, illorumque Metropoli, civitate Mitauensi Gymnasium academicum fundare decreuit, illudque spreto tot expensarum onere perfecit non possumus non egregiam hanc Principis Nostri Feudatarii dilecti Intentionem Gratiae ac Beneuolentiae Nostrae Regiae testimonio prosequi. Et cum prudenti consilio aduertens omnia vicissitudini subesse, prospicere voluerit, ne post extrema haec facta laudabilia, gloriosa ipsius fundatio olim immutetur aut euanescat, adeoque Maiestati Nostrae supplicauerit, vt et Nos pro Gratia Nostra Regia et Supremo ac directo in hos Ducatus dominio, foundationem dotationem ac priuilegia et iura Academico huic Gymnasio Litteris publicis Illustritatis suae de die 8va Iunii, anni currentis millesimi septingentesimi septuagesimi quinti expressa confirmare, iisque omnibus robur perpetuae firmitatis in futura ac sempiterna tempora addere dignaremur: Quapropter Nos cum Consiliariis Nostri Lateri Nostro assidentibus, laudabilibus propositis votis ac desiderijs Illustrissimi Principis Nostri feudatarii eo magis annuentes ac fauentes, quod bene Nobis perspectum est lucrari omnino principes dona sua, et hoc vere thesauris imponi, quod Republicae augmento impenditur, studia vero litterarum ad publicam Patriae vtilitatem collimare, ac plurimum facere, quare et Nos illorum Cultores singulari beneuolentia nostra complecti consueuimus, praedictas Illustritatis suae litteras adeoque foundationem, dotationem in bona ducalia ac domanialia inscriptam, iura, immunitates, iurisdictiones ac priuilegia Gymnasio huic academico atque Professoribus et Studiorum causa ibidem commorantibus, omnibusque ciuibus academicis concessa, in omnibus punctis et clausulis a Nobis rite perpensis, nec non leges ac statuta pro Gymnasio hoc academico iam condita vel condenda autoritate Nostra Regia pro Nobis omnibusque successoribus Nostri et pro toto Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae adeoque ad perpetua tempora confirmamus, rata ac grata habemus. Et quamuis superfluum nonnullis videri possit, Tutionem

Æ

specia-